

Majus virescens, circa
solennem ac magnificentum
doctoratus actum, dum ...
pro...

Rogbergius, Johannes Israëlis,

1 Ic 1689 Flachsenius, Jakob



MAJUS VIRESCENS,

^{circa}
SOLENNEM AC MAGNIFICUM DOCTORATUS ACTUM,
^{dum}

ADFULGENTE COELI FAVORE, AD MANDATUM S. REG. MAJEST.
PROMOTOR,

Reverendissimus Dominus,

DN. JOHANNES GEZELIUS;

S. S. Theol: Doctor longè celeberrimus Diceceſeos A-
boenſ: Episcopus Eminentissimus, & Reg. Acad. ibidem
Pro-Cancelarius per magnificus.

VIRO

Maximè Reverendo, ac Excellentissimo Dn.

**DN. J A C O B O
FLACHSENIO,**

S.S. Theol. Lic. & Professore Primario, Pastori Ecclesiarum
Aboensis & annexæ Numensis dignissimo, Consi-
storii utriusq; Assessori gravissimo,
Insigna ac jura Doctoris conferret

Fausti omnis ergò descriptus tenuissimâ Crenâ

A VENERABUNDIS DISCIPULIS



Ab. 1589.



tria summa petit spatioſo ex limine
Titan,

Atque aſtrum croceus ſuſtulit igni-
ferum;

Fluctibus è lepidis orbem ſpendore ſerenat,

Flammifero ac vultu regna ſub axe poli.

Purpurei radii, placidam per membra quietem,

Demulcere volunt, auſpicio nitido.

Alma diesque venit, rorantia ſydera terram.

Lambere nunc ſatagunt, juſſa ſequique Dei.

Majus ovans viridis cœleſtia fercula pandit;

Ecce nitet pariter FLACHSENIUS celebr.

Turba novellaque humi currens & limina circum

Obſequium ſolvit, floribus auriferis.

Jam Philomela canit denſo agmine gaudia vocis;

Unanimes plauſus pectora læta ferunt;

Fercula cœleſtis dat gratiâ larga caniſtris

Accelerat præſens, proſpera cuncta ferent;

Sacra Tiara caput Parnaffi Præſidis ornat;

Melle Dei ſanctus, nomen & omen habet.

Majus ovans viridis cœleſtia fercula pandit;

Doctori Magno cuncta favere vides.

O Studioſa cohors tibi nunc ſurgebat eoo

Æthere clara dies, gaudia mille ſonant.

Thejo-

Thejologus summus, Præsul Reverendus ad Auram,
Sanctæque Eusebiæ, Doctor adest nitidus:
Qvem gravium veneranda patrû consultaq; turba,
Atque omnes homines, laudibus usque ferant,
Grataque multa fluunt animos dulcedine mulcent,
Et faciunt semper corda liquere bono,
Majus Ovans viridis Coelestia fercula dando,
Atq; DËi coetus gaudia, vota refert.

JOHANNES ROGBERGIO Smol.
Reg. Alum.



FALACHSENI Doctum linguâ Celebrande virorum,
Nunc cape ter felix meritos, quos tradit, honores
Sancta TRIAS, sed tergemino DEus unus amore;
Quos pietas, quos cana fides, quos dogmata pura
Pescunt: namq; Tui prædam hanc mæruere labores;
Atq; gregi CHRISTI, fructum, me judice, magnum
Adproperas. Niveis & veri nuncia fama
Te ducet, pennis, vebet ac totumq; per orbem;
Immo, Tuum nomen radiantibus inseret astris,
Quo maneat nobis æterna memoria vestri !!!

Submissa animi reverentia Præceptori suo
sic gratulatur

D. M J J. S E X O.

Quan-



Vantò majori cum lascivia variabilis illa fortuna in ju-
 gulum populi sub polo positi anno præterito descēdebat;
 tantò majori cum omnium desiderio iterum nunc pecto-
 ra nostra demulcet. Verè ater fuit tunc sol, verè funestus,
 miserabilis, vereq; ferox & lugubris, dum fati diem advexit viris, in
 Theol: robustis, in Philos: castis, in Eloquentia venustis; laxavit sin-
 gulorum pectora & voces in justam querelam, in singultus & lachry-
 mas; Hic autem primus dies maji, niveus candidus meliora pollice
 tur fata, splendidiori decoratur facie, decentiote procedit gratia, ma-
 jorive excipitur applausu, ideoq; candidioribus nostris inscri-
 bendus gemmâ; tam diu namq; summa virtus, maximus labor &
 merita, summè Rev. atqve Excell: Theologi Lic: JACOBI FLACH-
 SENII in Acad: ad auram Professoris primarii longè celeberrimi,
 per omnium ora volitavit, tam diu REGIS nostri Clementissimi
 aures pulsavit, donec Regi nostro clementissimo volupe fuerit, volen-
 te ita providentiâ divinâ, ipsum summo in Theol: gradu Doctora-
 tus illustrare. Itaq; fremat Diabolus, frendeat tota malorum cohors;
 tamen nos quasi sub Achillæo clypeo, quasi intra fortissimum murum,
 sub præsidio tanti Herois per divinam gratiam tuti latemus, valemus.
 O itaqve felix Abodica tellus, cui tam fidelis nunc contigit Pastor!
 O fausta studiosa juvenus, cui tam strenuus contigit defensor,
 tam sedulus Præceptor, tamqve pronus Promotor! O me etiam
 fortunatum, si possem ob temporis angustiam & ingenii tenuita-
 tem, explicare animi lætitiâ conceptam ob faustissimum illud o-
 men tam eminentis viri, cuius juventutem iis moribus finxit Nu-
 men, cujus ætatem iis casibus informavit, ut nesciat nunc nolle
 in Deum esse pium in pauperes misericordem, in bonos benevolum
 inqve malos insensum, cum id nolle non debeat. Diu itaqve sum-
 me Rev. Doctor felix & prosper vale! D. T. O. M. Sp. Sanct:
 Tuam Amplitudinem dirigat ductu, angelicis protegat excubiis, æter-
 nis deniqve post quæqve fausta bect cœli gaudiis!!!

J. MOLLIN.

Ben Paul velt hatorn?

Ben Paul velt hatorn?

22

Non spon sum fadiyl se ymud
 hoo. Jan blif. utpau furat, Eij gany
 van dloppu boe, hup melouda hant